

I G W P I C S C H

1 6 6 3





SYMPATHEIA. ELEGIACA.  
SUPER. OBITUM.

REVERENDISS. NOBILISS. AC. GENEROSISSIMI.

DN. JOHANNIS-

GEORGJ. A. Ponickau.

IN. Pombfen. Nauenhoff. ET. Schön-

born. ETC. SERENISS. ELECT. SAXON.

CONSILIARII, ET. CAMERARII. EPISCOPA-

TUS. ET. SATRAPIÆ. WURZENSIS. AC. MUGLENSIS.

CAPITANEI. REDITUUM. PROVINCIALIUM. SUPRE-

MI. RATIONARI. ET. ECCLESIAE. MISNENSIS. CATHEDRATAE.

DECANI. ETC.  
DOMINI. AC. PATRONI. SUI. DESIDE-

RATISSIMI.

AD.  
NOBILISSIMOS. ET. POLITISSIMOS.  
JUVENES. FRATRES.

Dn. JOHANNEM.

Dn. JOHANN-GEORG. } A. Ponickau.  
ETC.

Dn. JOH. CHRISTOPH. }

FAUTORES, ET, AMICOS.  
COLENDISSIMOS.

PIETATIS. IN. IPSOS. ET. CULTUS,  
IN. B. DN. PARENTEM, ERGO.  
SCRIPTA.

A.

M. GEORGIO. WEISSIO. WEISSEN-  
FELSENSE. S.S. THEOL. CULT.

LIPSIÆ. LITERIS. CHRISTIANI. MICHAELIS, M. DC. LXIII.





**F**RATRUM trina Charis, quæ nenia verberat aures?  
Qvis clamor, vestrum magnum obiisse Patrē?  
Proh dolor! ille cadit, quem stare diutiùs optat  
Publica Res; frustra sed pia vota gemunt,  
Luget honor, luget virtus; genus, atq; coruscum  
Stemma, sui fulcrum maximum abesse dolet.  
Nobilis, & doctus certant lugendo; Senatus  
Lipficus ostendit, Præsidem obiisse sibi.  
Aulæ Dresdensis proceres dolor occupat idem,  
Ipseq; Saxo-Pater signa doloris habet.  
Qvid vos quid, gnati, faciatis? Consternatos  
Omnes conspicio cum Genitrice piâ.  
Nam Vobis genitor cadit, at Vir quantus in illo!  
Hic mea penna dolens, hic mea Musa tacet  
Artifici velo sunt involvenda Timantis  
Hæc ora, hi vultus, quos, pia Triga, geris.  
Ast voces penetrant auras, coelumq; fatigat  
Edita lugubri crebra querela sono.  
Se, queritur, nondum sat longè habuisse parentē,  
Alter; hic in mentem vota paterna vocat.  
Hic cursus peregrè faciendos corde revolvens,  
Ingemit, auspiciis hos caruisse Patris.

Ille



Ille memor Spartæ,quam, Promotore Parente,  
Tandem habiturus erat, tristia fata dolet.  
Ut, cùm fortè cadit fructu foliisq; decora  
Arbor, huic umbras, huic alimenta ferens,  
Laudibus hic ornat ramos, umbrasq;ve suaves,  
Ille sibi fructus deperiisse, gemit.  
Edocta Exemplo hoc Vestro, quoq; turba Clientũ  
Conqveritur, Patrem nunc obiisse pium.  
Hos & ego comitor, vocemq; dolentibus addo.  
Vocibus: occubuit, qui Patris instar erat!  
Sed quid ego vulnus stringo quod blanda requirit  
Fomenta, artificii suppeditanda manu?  
Stringo, sed incolumi tactu, virtutis honorem  
In Patre dum Vestro jam mea Musa colit.  
Sublatam ex oculis virtutem Zoilus ipse  
Qværit, & in multo funere funus habet.  
Turpis enim livor tandem, post fata quiescit,  
Ut suus ex merito quemq; seqvatur honos.  
Interea, Fraternal Trias, benè noveris ipsa,  
Qvalia præfenti tempore corda geras.  
Nobilitas confisa Deo, sibi robora casu  
Sumit ab adverso, quicquid & ille ferat.  
Durum, in pullato capulo recubare Parentem,  
Durius ast, illum tormina tanta pati.

An




An magis expediet, mundi damnosa vetusti  
Tecta tenere, malis undiq; plena Patrem?  
Utrum in cœlesti præstat versarier aulâ,  
Et capere æternæ nobilitatis opes?  
Hoc melius dum Sancta Fides pronunciat, actum  
est

Non malè cum Vestro (Credite) Patre pio.  
Vivitis in cœlis, & nobilitate coruscus  
Angelicâ, Christi jam nitet ante thronum.  
Vivitis & in terris, famâ super æthera notus,  
Vivitis & in Vestro Nomine, Trina Charis.  
Corporis exuviæ tantùm sunt mortis; at istas  
Non minus, atq; animam, cœlica vita manet.  
Interea bustum Virtus emblemate signat:  
CONDITUR. HEIC. DOCTUS. NOBILIS. ATQVE.  
BONUS.









SYMM  
REVERENDI  
DN. J  
GEO  
IN. Pombs  
born. ETC. S  
CONSILIAR  
TUS. ET. SATR  
CAPITANEI.  
MI. RATIONARI

DOMINI.

NOBILI

Dn. JOH  
Dn. JOHA  
Dn. JOH.

FAU

PIET  
IN.

M. GEO  
FELS

LIPSIAE. LITE

SIMI.  
IS-

Schön  
AXON.  
ISCOPA-  
GLENIS.  
SUPRE-  
KATAE.

SIDE-

nickau.

SSSEN-

DC. LXIII.

